

N. 6.

A. D. 981.

(settembre, Indiz. IX).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Hieronimus subdiac. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,55, largh. 0,26.
<i>Scrittura</i>	Corsiva.
<i>Contenuto</i>	Rogaita, vedova di Ferrello di Valenzano, vende a' suoi nipoti Adelaito, Balsamo ed Amato il morgincap, ossia la quarta parte di una casa posta in Bari, pel prezzo di 5 soldi e mezzo sotirici.
<i>Bibliografia</i>	Citata da FRANCESCO NITTI di VIRO, <i>Di una iscrizione reliquaria anteriore al 1000</i> , verso la fine, in <i>Arch. Stor. Ital.</i> , serie V, tomo XII, an. 1893.

† In nomine domini nostri iesu christi. Vicesimosecundo anno imperii domini Basillii et vicesimo anno regnante cum eo domino Constantino germano eius. mense septembrio nona indictione. En ego mulier nomine Rogaita relicta Ferrelli de loco Balenzano. Clarefacio ante presentia Visantii iudicis et Madelmi archidiaconi et abbate sancte varine ecclesie. et testium subscriptorum, quia hab ipso nominato Ferrello qui fuit viro meo habeo pertinentem quartam partem per meum morgincaph in una casa orreata in civitate Vari quam ille habuit per comparisonem. et pro necessitatibus meis faciendum. congruum est michi quarta ipsa ex eadem casa venundare. et dum michi congruum est, ita et de presente bona etenim mea voluntate. per hanc cartam venditionis. una cum consensu Constantino (1) fratre meo et Simeone presbitero nepote meo (2) mecum se replicante. et per largientiam et interrogationem supradicti iudicis ut lex continet. venundabo quidem vobis Adelaito et Balsamo et Amato germani nepoti<bus> meis f. qd. Fasani qui fuit f. meo. hec est enim ipsa iamdicta quarta quam sicut dixi habeo per meum morgincaph in ipsa casa orreata quam ipse vir meus habuit in predicta civitate Vari pertinentem ei per comparisonem. et unde ipse tribus partibus ex eadem casa sunt vestre qs. germanis et Aitana infantula (3) f. Dardani qui fuit f. meo barbano vestro. et mulieri nomine Gemme nurui mee relicta Jaspidi qui fuit f. meo barbano vestro que in integrum casa ipsa de qua vobis ipsa quarta mea venundedi. habet finis. de prima parte casa Antofani furnarii f. Johanni de loco Cabiano. de secunda parte extra ipse scale curte commune de ista casa et de toti ipsi [vi]cinis nostris. de tertia parte casa que fuit Benedicti de Longarii quam modo tenunt filii eius. de quarta autem parte via publica. Infra has autem fines. venundedi vobis inclita ipsa quarta mea quam habui in iamdicta casa. una cum solo suo ubi posita est. parietibus suis. solario. tectum. tecmen. guttis suis. ostia sua. trasito et exito suo per ipsa curte commune. cum inferius superiusque suis. et omnia infro se habentem. cum quartam partem de ipse pre-

(1) Scritto di mano dello stesso notaio, ma con inchiostro differente.

(2) Da « Simeone » a « meo » scritto etc. (come in n. 1).

(3) Le parole « Aitana infantula » scritte etc. (come in n. 1).

dicte scale ante illam et de quantum michi pertinet ex ipsa curte commune. Et ex predicta venditione qualiter superius legitur nec michi. nec ad heredes meos. nec alterius hominis reservavi portionem requirendum set ut predictum est in integrum vobis qs. germanis venundedi possidendum. et pro confirmandam vobis vestrisque heredibus hanc meam venditionem. nunc de presente recepi ego nominata Rogaita vendetrix a vos qs. Adelaito et Balsamo et Amato germani nepotes mei exinde auro constantini solidi quinque sotirichi boni et medium solidum. Ea videlicet ratione. ut amodo et semper iamdicta venditio habeatis et possideatis vos et vestris heredibus. At faciatis ex ea omnia quod volueritis sine cuiuscumque hominum contradictionem. de quibus repromitto ego qs. Rogaita vendetrix et meis oblige heredibus. vobis nominati germanis et vestris heredibus predictam venditionem vobis ab omnibus hominibus antistare et defendere. quid (4) si vobis non defensaverimus. aut si nos ipsis per quolibet ingenio commovere aut retornare quesierimus. ante omnia questio nostra modis omnibus adversus vos vacua sit. et duplum predictum pretium nos vobis componere obligamus. et quod venditio ista apud vos remeliorata paruerit. omnia sub estimatione hominum vobis restituamus. et predicta venditio in antea per invitis nos vobis defensemus omnibus temporibus sicut superius legitur. sic tamen. ut vita quo ego qs. Rogaita [vix]ero. potestatem habeam quarta ipsa de iamdicta casa sedere. dominare. et regere me in ea. et omni utilitate mea ibidem facere absque requisitione et contradictione vestra vestrisque heredibus. quia sic modo quarta ipsa vobis venundedi. ut usque viva fuero mee sit potestatis sedere et dominare ut supra legitur. Et hec carta venditionis in superscripta (5) ratione omni tempore sit firma, quam te Hieronimus subdiaconus et notarius taliter scribere rogavi in civitate Vari.

† ego qs. Bisantius iudex

† ego Cinnamus presbiter teste sum.